



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

10 Qua ratione peculium profectitium, aduentitium, Castrense, legitima
sub confiscatione facta filio familias ob eius crimen comprehendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

verse mihi quandoque, in fine. Ratio est, quia fructus feudi feudum committitur: si igitur feudum ad aliam pertinet, publicatus bonis delinquentis, & ad ipsum, & fructus debent pertinere.

Ego vero inter has extremas sententias cenfeo distinguendum esse, iuxta ea quae de emphyteusi dixi. Si enim feudum vitra tacitam alienandi prohibitionem a lege inductam habet aliam expressam ab institutore, qualis esse, si diceret institutor se velle, vt ea bona nullatenus exirent ex sua familia, vel in illa semper permanerent: tunc pro certo cenfeo non ad feudum, sed ad successorem feudi fructus deuenire. Si autem feudum tacitam alienandi prohibitionem, habet probabile est ad feudum pertinere durante vita delinquentis, quia tacita alienandi prohibitio non videtur impedire translationem feudi durante feudatarij vita, sed solum impedire translationem post vitam, aut in perpetuum. Dixi solum esse probabile; quia haec transitio specialem difficultatem habet in feudo, quam non habet in emphyteusi, eo quod feudatarius ex natura feudi iure debet fidelitatem domino prestare: & ad seruitium persoluit, potius quam reale obligatur, quae onera non videntur ad feudum transferri posse, ac proinde nec feudum.

Si autem feudum ad extraneos haeredes transire potest, eo quod datum sit tibi, & tuis haeredibus, vel tibi, & quibus tu duxeris, ad feudum transire, facta bonorum publicatione, ex regula saguis firmata. Quae transiunt ad haeredes extraneos, ad feudum transire: & in propriis terminis docet Gigas de criminosa laesa maiestatis, lib. 2. tit. de penis committens. hoc criminosa. §. 1. & Roland. consil. 29 n. 17. vol. 3. Menoch. de recuperanda possessione rem. g. num. 251. Boslius in tit. de publicat. bonorum, n. 20. §. 3. Fatimacius 1 part. pract. g. 25 n. 7. vers. unde. Hoc tamen intelligendum est, quando vasallus potest de feudo libere disponere; secus vero esset, si de illo disponere non posset absque domini licentia; quia ratione huius prohibitionis neque delinquendo, sicut neque contrahendo feudum alienare, sed facta publicatione feudum ad dominum reueritur, & dominum vtile cum directo solidatur: sic Clarus §. feudum. g. 8. §. 4. considerandum autem. Boslius tit. de pub. bon. num. 54. Fatimacius num. 72.

PUNCTUM X.

Qua ratione peculium profectitium, aduentitium, castrense, & legitima sub confiscatione facta filiofamilias ob eius crimen comprehendatur.

1. Quae haec sint, explicantur.
2. Quod dominium habeat filius in hac bona.
3. Proceat quae sit de filiofamilias sub patria potestate.
4. Quibus modis exeat filius a patria potestate.
5. Legitima filii non confiscatur ob eius delictum.
6. Neque bona profectitia ipsius.
7. Peculium aduentitium plures censent publicari.
8. Probabilis est oppositum.
9. Sauius rationibus contrariis.
10. Apponitur limitatio casu quo pater habeat vsumfructum.
11. Non approbatur limitatio.
12. Secundo limitatur in peculio aduentitio, cuius pater habet administrationem.
13. Neque haec limitatio mihi probatur.
14. Tertio limitatur, ne procedat in hoc Castella regno, in quo filius disponere potest de tertia parte aduentitiorum.
15. Non admittitur limitatio.
16. Quarto limitatur in crimine laesa maiestatis humanae, & diuinae. Et approbatur limitatio, tamen si aliqui contrarium sentiant.
17. Aliqui extendunt publicationem ad vsumfructum patri aduentitium.
18. Sed non proba hanc extensionem.
19. Rem castrensa, aut quasi, ob delictum filij, publicari censent plures.
20. Probabilis est non publicari, sed patri deferri.
21. Sauius argum. num. 19. adductis.
22. Ampliatur doctrina, tamen si filius condemnatus filios habeat, ad hunc non publicatur castrense.
23. Quod dicendum in crimine laesa maiestatis? Negat Sauius, sed contrarium est verius.

Primitendum est, quae haec sint, & quod iuris pater, & filius in eis habeant. Peculium profectitium est, quod filiofamilias prouenit a patre vivo, vel causa patris principiter donatur, colligitur ex §. igitur, versic. sancitum est dicitur, per quas personas nobis acquirat. l. cum oportet. in prin. §. 1. glosa, verbo ex illius substantia. C. de bonis qua liberis. Aduentitium est, quod filio donatur, non quidem a patre, sed ab aliis; neque in gratiam patris, sed in gratiam ipsius filij donatur. Item quod filius labore suo, & industria, extra matrem acquirit, est aduentitium. Item haereditas matris patre su-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

perstite, inter bona aduentitia connumerari debet respectu patris, secus de haereditate patris matre superstite; quia hoc ius solum patriae potestati deferretur: colligitur ex supradicta. l. cum oportet. & ex supradicta §. igitur. Castrense peculium est, quod filio acquiritur occasione militiae, vel obsequij Principis in palatio. l. castrensi palat. peculio. lib. 12. Item quidquid his acquisitis lucratur, castrense debet dici. l. 1. C. de castrensi peculio. lib. 12. Ad idem est quod ex beneficio Ecclesiastico acquiritur, quod vocatur quasi castrense, & quod acquiritur post clericatum, etiam si alius esset aduentitium, authent. presbyteros, C. de Episcop. & clericis: quia clerici sunt milites spirituales. Item quod acquiritur officio publico alicuius artis liberalis, iudicis, Advocati, Cathedralici, tabellionis, procuratoris, &c. l. advocati, C. de advocat. diuer. iudic. Item libri donati occasione studendi has facultates, a quocumque donati sint, adde quae solum liberalitate Principis fuerint donata, & generaliter quoties aliquid filio donatum est, ea conditione, ne pater habeat vsumfructum, quia castrense dicitur, quia castrensiu bonorum privilegia habet. Et idem est, si donatum sit patre contradicente, quia non videtur aequum, vt ex illo pater commodum reportet. l. ultim. §. fin. verò pater, C. de bonis qua liberis. Item si ipsemet pater remittat vsumfructum, quia tunc filio accrescet, & quasi castrense censeri debet. l. cum oportet. §. non autem, C. de bona liberis. Eadem mensura itidicandum est de vsumfructu alicuius rei filio relicto, quia tunc ad patrem non pertinebit, eo quod vsumfructus non detur alius vsumfructus, sicut nec seruitus seruientis. l. 1. ff. de vsumfructu legato. Denique si pater in haereditate incidat, filius efficitur sui iuris, cap. 2. §. fin. de haereditate, in 6. & acquirit vsumfructum in bonis aduentitiis, quia vsumfructus tunc conuoluitur cum dominio directo, vt dicemus. Legitima autem est pars haereditatis debita filio mortuo parente: in his omnes Doctores conueniunt. Vide Syluest. verbo peculium. Nauarr. cap. 17. num. 142. Molina. legitimum disp. 9. §. 230. & sequentibus, vbi haec optime explicat. Lessium lib. 2. cap. 4. dub. 3.

2. Filius ergo nullum dominium directum, neque vtile habet in peculio profectitio, sed totum penes patrem residet, quare neque illud alienare potest neque in propriis vsumfructu cōuenerere, nisi iuxta patris praescriptum. In peculio autem aduenticio habet filius proprietatem, sed non vsumfructum, neque administrationem; administratio enim, & vsumfructus patri deferuntur. Quapropter patre non consentiente, nequit filius haec alienare, aut de his disponere; bene tamen potest donare causa mortis patre consentiente, ex l. tam in 2. §. ff. de mortis causa donatione. Tertium tamen non potest, nisi ad pias causas, capitulo pater, de sepulchris, in 6. In peculio autem castrensi, aut quasi castrensi habet filius proprietatem, vsumfructum, & administrationem, sicut patris familiae ac proinde alienare ea potest donatione, & contractu, imò & testamento, si pubes sit, quia ante pubertatem testari nullus potest, ex l. qua aetate 15. qui testamenta facere possunt. Vide Lessium, Molina. Nauarr. & Syluest. supra.

3. Secundo praemitto hanc questionem solum de filiofamilias, hoc est, de filio sub potestate patris confititio procedere. Nam emancipatus, & extra patriam potestatem existens sui iuris est, & omnia eius bona publicantur, ac si patrem superstitem non haberet.

4. A patria autem potestate exit filius primò, si pater naturaliter moriatur, neque superstit alius ascendens per lineam masculinam, in cuius potestatem filius recidat. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. §. h. verò qui in potestate. Iure tamen Castellae, & Lusitaniae in solius patris potestate filius existit, ac proinde decedente patre filius manet sui iuris. Secundo filius egreditur patriam potestatem, si pater, vel ipse morte ciuili condemnatur, hoc est, in insulam deportetur cum amissione omnium suorum bonorum. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. §. cum autem sequent. & habetur l. 2. §. 3. tit. 18. p. 4. Tertio egreditur patriam potestatem, si pater haereticum committat, e. 2. §. ult. de haereticis, lib. 6. Et idem ea, si filius ipse hoc crimen committat, argument. text. in §. cum autem is, versic. pari ratione. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. Quarto, si sciens pater contrahat incestus nuptias, quia tunc filij prioris matrimonij patriam egrediuntur potestatem, authent. incestus, C. de incestis nuptiis, §. 1. & l. 6. tit. 18. p. 4. Debent tamen haec incestus nuptiae copula carnali consummari, vt pena haec locum habeat. Couarr. in epitom. decret. 1. part. c. 6. §. 8. n. 20. Quintò, si filius in Episcopum eligatur, eo ipso patriam egreditur potestatem, authent. sed Episcopalis dignitas, C. de Episc. & cleric. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Neque requiritur, vt consecratus sit, sufficit, si sit a Pontifice electus: vt ex supradictis iuribus constat. Idem est si in Cardinalem eligatur, vt tradit Couarr. cap. quia nos. n. 5. de restam. Sextò, si pater, vel filius religionem proficiatur, a patria potestate filius egreditur; iuxta glossam committere receptam in l. si ex causa, §. Papinian. ff. de minoribus, & tradit Couarr. alios referens, e. 2. de restam. n. 8. 2. edit. Septimò, si in patriam, hoc est, in Regis consiliarium eligatur, filius egreditur per electionem a patria potestate, authent. consuetudo qua de dignitate, in princip. authent. sed Episcopalis dignitas, C. de Episc. & cler. per alias autem dignitates, praetoris scilicet

E e scilicet

DE
ASTRO
ALATO
TOM,
II II

licet, præfecti & similibus, quæ connumerantur *l. ultim. C. de decurionibus*, lib. 10. *§. l. 7. §. seq. tit. 18. p. 4.* à patria potestate filius non egreditur, quousque illarum administrationem subeat. Octavo, si filius emancipetur à patre, hoc est si coram iudice ordinario de communi consensu patris, & filij, filius à potestate patris eximatur. *instit. quibus modis ius patriæ potest. soluit. §. præterea, l. ult. C. de emancip. liberorum.* Tandem in hoc Castella, & Lusitania regno, filius eo ipso quo matrimonium contrahat, etiam iniunctis, inestque parentibus ab eorum potestate egreditur *l. 47. §. 48. Tauri, quæ est lex 8. §. 6. tit. 1. lib. 5. recopilat. Lusitan ordinat. lib. 1. tit. 67. §. 4. §. lib. 4. tit. 78. §. 2.* Ratione tamen ætatis, etiam si senex sit, à patria potestate non eximitur, filius, cum nullo iure id cautum sit, vt docet glossa communiter recepta *l. fin. §. pupillus, verbo pupillus, ff. de verborum obligat.* Anton. Gomez. *l. 47. Tauri num. 1. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. §. glossa. n. 1. Perez lib. 3. ordinam. tit. 8. l. 1. fol. 128.* Item nec ratione clericatus etiam sacerdotalis à patria eximitur potestate vt est textus, & ibi Abbas in *constitutis. de integro rest. §. in cap. si annum. de iudic. in 6. in authent. presbytero, C. de Episcop. & cleric. & tradit Bernard. Diaz practic. c. 132. num. 6. circa finem Sanchez l. 2. c. 15. n. 1. Molin. *lectura tractat. 2. disp. 229. vers. sextus.* His positus vt à clarioribus exordiamur Primo decendum est de legitima, Secundo de bonis profectibus. Tertio de aduentitiis. Quarto de castrensibus, & quasi castrensibus.*

5 De legitima ergo receptissima sententia est non confiscari ob delictum filij familias, quodcumque sit quia confiscatio non extenditur ad aliena bona, sed ad propria delinquentis; at legitima non est delinquentis, quousque pater à vita decedat. *l. suis. de liberis & posthumis.*

Quod si dicas, cito filius familias viuo patre non habeat legitimam, quæ acta subici possit publicationi, habet ius, vt illi deur legitima mortuo parente. Ergo hoc ius publicari poterit, & ratione illius mortuo parente filius publicabit legitimam.

Respondetur hoc ius personale esse, neque ad hæredes, extraneos transmissibile. *l. §. in nouissimo, C. de eaducis tollendis* Bartol. in *l. §. postquam, in vltim. opposit. ff. de acquirenda hereditate* Item confiscatio non trahitur ad iura futura, & conditionalia, *l. si mandauero tibi, §. is cuius bona ff. mandati.* & ita docent Gigas *tractat. de crimin. l. 1. §. maiestatis, lib. 2. tit. pœnis committent. id crimen q. 9. §. 18. n. 1. Fatnac. practic. quest. 24. num. 19. Sanchez pluribus relatis, lib. 2. cap. 15. num. 19. §. 21. Alquez l. 2. disp. 169. cap. 2. num. 16. Bonacina disp. 3. contrariis, quest. 8. punct. vlt. §. 1. num. 13.* Ad idem est de alimentis debitis filio: non enim hæc publicari possunt, quia sunt bona futura filij, non presentia, istque alimentorum est personale, Sanchez *n. 22. Bonacina n. 18. sine.* Sed quid si pater legitimam filio assignasset, & tradidisset, veniret ne in confiscationem? Sanchez, & Bonacina supra affirmant, quia illa assignatione, & traditione factus est dominus illius, Negat Baiard. in *additionibus ad Clarum, lib. 5. quest. 77. num. 48.* nullam tamen rationem assignat. Ego verò distinguendum censo, si filius simul cum traditione legitimæ à patria potestate eximatur, verissima est sententia Sanchez. At si filius sub patria potestate remaneat, cum reparari debeat illa legitima, quasi castrense peculium, vel aduentitium quod sub graui controuersa est, vt videbimus, veniat ne in confiscationem. Idem est dicendum de legitima.

6 De bonis profectibus similiter est dicendum non venire, in confiscationem ob filij familias delictum, ex *l. cum oportet, C. de bon. qua liberis l. filius, §. C. de bon. prescrip. l. certū. C. familia ereciscunda.* & est cōmunis omnium, vt videre est in Boslio *tit. de bonorum publicat. num. 7. Ruin. consil. 24. num. 5. Clarus practic. quest. 78. vers. præterea quero.* Couarr. *variariū resolutionum l. 2. cap. 7. num. 7. Anton. Gomez tom. 2. variariū resolut. tit. de seruitut. cap. 15. num. 16. Fatnacius quest. 24. num. 3. Sanchez l. 2. cap. 15. num. 17. Bernard. Diaz practic. cap. 132. num. 6. in medio.* Ratio est manifesta, quia hæc bona non sunt filij, sed patris, tam quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum *l. si plures §. in arrogato ff. de vng. & pupill.* Ergo ob delictum filij non possunt publicari. Quod verum est etiam si à patre filius haberet illorum administrationem, quia non per hoc censetur data potestas alienandi, vt bene dixit Fatnacius *supra* argument. textus in *l. creditor, §. Lucius ff. mandati, §. in l. si conuincere, ff. de patris aeralibus.* Adde, esto filius haberet expressè à patre potestatem donandi, & dissipandi adhuc non intelligeretur data facultas, vt per delictum alienare posset, quia non presumitur fuisse de delicto cogitatum: sic relatis Alexand. Imola. Angelo. Bart. tradit. Bernard. Diaz *supra* num. 6. Sanchez num. 18. Anton. Gomez num. 16. & alij

7 De pecunio aduentitio est maior difficultas, an veniat in confiscationem bonorum factam filiofamilias reseruatō patri vsumfructu? Affirmat Paulus Paris. *consil. 157. lib. 4. Caldas l. si curatore, verbo l. si, num. 12. vers. sic, sed in opposit. num. 152. vers. sic sed in proposita specie, C. de integro restitut. Bonac. disp. 3. de contrariis, qu. 8. punct. vlt. §. 1. num. 18.* & alij relati à Menoch. *de recuperand. possess. rem. 9. num. 75.* Fatnacius *quest. 24. num. 5.* Mouetur primo, quia proprietates horum bonorum filij est, non parentis. Ergo confiscatis bonis filij hæc proprietates confiscantur, ex text. in *l. si postulatuerit, §. inbet lex, ff. ad legem Iuliam, de adulteris, lib. 2. l. ubi lex eos homines, de quibus questio ita habita est, publicis esse. prouide in communi partem publicam, in proprio, cuius vsumfructus alienus est, nōdam proprietatem.* Et confirmatur, quia facta hæc confiscatione proprietatis nullum ius amittit patris, cum illi vsumfructus re erucitur. Ergo ob vsumfructum illi debitum non potest impediti publicatio argument. text. in *l. quinq. legibus, cum l. seq. ff. de bonis damnat.* vbi publicatis vxoris bonis, manibus omnes omnino actiones saluas habet contra filium; sic pater saluam habere potest vsumfructum. Secundo bona minoris confiscationi subicitur etiam non possunt abiq. autoritate tutoris alienari, *l. clarum, C. de autoritate prestanda;* quia iola alienatio voluntaria per contractum, & vitium voluntate prohibetur, non autem alienatio necessitaria, & à lege induta. Ergo etiam filio prohibita sit alienatio proprietatis aduentitiorum abique patris cōsentu, vt vere prohibita est, ex *l. fin. §. filius autem, C. de bonis qua liberis,* alienatio per delictum p. prohibita non est. Tertio pater tenetur iudicari actione de peculio, si filius condemnatus sit. *l. 3. §. idem scrib. ff. de peculio.* Ergo condemnatio filio, & publicatio eius bonis, non potest peculii aduentitium retinere, sed filio debet tradere, reuertendo sibi vsumfructum.

8 Nihilominus communior sententia est ob delictum filij aduentitiorum proprietatem non publicari sic post alios Ruin. *consil. 24. lib. 5. Roland. consil. 56. n. 10. Ant. Gomez tom. 3. var. c. 15. n. 14. Menoch. de recuper. possess. rem. 9. n. 65. §. 66. Fatn. quest. 24. n. 5. Sanchez lib. 2. c. 15. n. 9. Egregium de iure p. tit. 1. §. 1. n. 128.* Fachia *lib. 4. contr. inri. 5. c. 47. Iulius Clarus lib. 5. recept. 9. 78. num. 12. Bernard. Diaz cap. 132. n. 6.* & alij apud ipsos: Duplex fundamentum firmum huius communis opinionis est. Primum, quia etiam filius sit dominus proprietatis aduentitiorum; non tamen illa potest alienare abique cōsentu patris, ob reuerentiam illi debitam; ne, inquam, ipse patris ob talem alienationem factam ab extraneo proprietario iniuret; patitur; aliquid detrimentum in vsumfructu sibi debito. Sed quoties alicui alienatio prohibita est ob alterius fauorem neque prohibetur per delictum alienare, ex text. in *Imperator, ff. de fideicom. liberis.* Ergo. Secundum fundamentum iuritur ex *l. si filius 3. C. de bonis prescrip.* vbi cautur bona castrensia publicationi non subici ob filij familias depraurationem: Ergo neque aduentitia, in quibus ipse filius minus habet. Vitiumque probō, quia filius iure antiquo omnia que acquiebat, patris etiam, si placet 78. *§. de acquir. hereditate* quæ pater tanquam propria ipsius occupabat, si forte filius interitus decebat. *l. 1. §. 2. ff. de castrens. pecul.* Ex constitutione autem noua hoc ius illis est conceitum, vt proprietatem habeant in bonis aduentitiis, & patri referatur vsumfructus, *l. 1. C. de bonis qua liberis.* At per delictum confiscatione dignum hoc privilegium illis aufertur, & bona relinquuntur patri, vt bona tāquam propria occupet. Ergo patri, & non filio deferenda sunt. Minorem probō, ex *supradict. l. si filius,* ibi enim dicitur: Si filius tuus cum esset in potestate in iuliam depositari meruit, peculium eius, nec quod in castis acquisiuit, vel quod ei imitauit donasti, auferri tibi debet, vbi expendendum est verbum *auferri,* quod denotat iam per delictum bona filij facta esse patris, & ab illo auferenda non esse: & ita tradit Fachin. *cap. 47. ex Cuiacio in Cod. recitat. ad titul. de bonis damnatorum.*

9 Neque obstant rationes contrariæ.

Ad primam concedo proprietatem aduentitiorum fore confiscantiam, si illius alienatio in fauorem patris prohibita filio non esset, vel nisi pater publicatis bonis filij, eam itam, vt propriam occuparet. Ad confirmationem nego patrem ex hac publicatione nullum esse damnū passurum, cum facile inquirari possit à fisco super rei confiscate administratione, an reddē admittit, ita vt filius nullum in proprietate damnū patiatur.

Ad secundam dico bona minoris confiscationi subici, quia prohibitio alienandi ei facta est in ipsius fauorem, qui ob delictum amittitur: sicut enim panis potest in persona, ita & in bonis: at filiofamilias prohibita est alienatio aduentitiorum ob fauorem patris vsumfructuarij.

Ad tertiam concedo patrem teneri de peculio, cum filius condemnatus est soluere aliquam quantitatē pecuniariam, secus verò cum condemnatio sit in publicatione bonorum; quia tunc iola bona, quæ filius habet (si aliqua habet) sententia vendicatur.

10 Supradictæ doctrinæ aliquas apponunt Doctores limitationes. Prima, & præcipua, vt procedat casu, quo patris habeat vsumfructum in bonis aduentitiis filij, & ipem illum habendi. Nam si vsumfructu, & ipse illius careat, existimant confiscationi subici sic Gigas *de crimine l. 1. §. maiestatis. l. 2. tit. de pan. committent. id crim. q. 11. vers. in casibus autem Paris. consil. 157. à n. 1. vsque in finem, vol. 6. Sanchez. lib. 2. c. 15. n. 14. inelinat Menoch. de recuper. possess. rem. 9. à n. 84.* Fundamentum est, quia vbi pater nullum habet vsumfructum in bonis filij, necque ipem illius permittit est filio illorum bonorum alienatio *l. 1. §. filij, C. de bonis qua liberis.* Sed ea quæ filius alienare potest, & ita

noram filij est, non parentis. Ergo confiscatis bonis filij hæc proprietates confiscantur, ex text. in *l. si postulatuerit, §. inbet lex, ff. ad legem Iuliam, de adulteris, lib. 2. l. ubi lex eos homines, de quibus questio ita habita est, publicis esse. prouide in communi partem publicam, in proprio, cuius vsumfructus alienus est, nōdam proprietatem.* Et confirmatur, quia facta hæc confiscatione proprietatis nullum ius amittit patris, cum illi vsumfructus re erucitur. Ergo ob vsumfructum illi debitum non potest impediti publicatio argument. text. in *l. quinq. legibus, cum l. seq. ff. de bonis damnat.* vbi publicatis vxoris bonis, manibus omnes omnino actiones saluas habet contra filium; sic pater saluam habere potest vsumfructum. Secundo bona minoris confiscationi subicitur etiam non possunt abiq. autoritate tutoris alienari, *l. clarum, C. de autoritate prestanda;* quia iola alienatio voluntaria per contractum, & vitium voluntate prohibetur, non autem alienatio necessitaria, & à lege induta. Ergo etiam filio prohibita sit alienatio proprietatis aduentitiorum abique patris cōsentu, vt vere prohibita est, ex *l. fin. §. filius autem, C. de bonis qua liberis,* alienatio per delictum p. prohibita non est. Tertio pater tenetur iudicari actione de peculio, si filius condemnatus sit. *l. 3. §. idem scrib. ff. de peculio.* Ergo condemnatio filio, & publicatio eius bonis, non potest peculii aduentitium retinere, sed filio debet tradere, reuertendo sibi vsumfructum.

8 Nihilominus communior sententia est ob delictum filij aduentitiorum proprietatem non publicari sic post alios Ruin. *consil. 24. lib. 5. Roland. consil. 56. n. 10. Ant. Gomez tom. 3. var. c. 15. n. 14. Menoch. de recuper. possess. rem. 9. n. 65. §. 66. Fatn. quest. 24. n. 5. Sanchez lib. 2. c. 15. n. 9. Egregium de iure p. tit. 1. §. 1. n. 128.* Fachia *lib. 4. contr. inri. 5. c. 47. Iulius Clarus lib. 5. recept. 9. 78. num. 12. Bernard. Diaz cap. 132. n. 6.* & alij apud ipsos: Duplex fundamentum firmum huius communis opinionis est. Primum, quia etiam filius sit dominus proprietatis aduentitiorum; non tamen illa potest alienare abique cōsentu patris, ob reuerentiam illi debitam; ne, inquam, ipse patris ob talem alienationem factam ab extraneo proprietario iniuret; patitur; aliquid detrimentum in vsumfructu sibi debito. Sed quoties alicui alienatio prohibita est ob alterius fauorem neque prohibetur per delictum alienare, ex text. in *Imperator, ff. de fideicom. liberis.* Ergo. Secundum fundamentum iuritur ex *l. si filius 3. C. de bonis prescrip.* vbi cautur bona castrensia publicationi non subici ob filij familias depraurationem: Ergo neque aduentitia, in quibus ipse filius minus habet. Vitiumque probō, quia filius iure antiquo omnia que acquiebat, patris etiam, si placet 78. *§. de acquir. hereditate* quæ pater tanquam propria ipsius occupabat, si forte filius interitus decebat. *l. 1. §. 2. ff. de castrens. pecul.* Ex constitutione autem noua hoc ius illis est conceitum, vt proprietatem habeant in bonis aduentitiis, & patri referatur vsumfructus, *l. 1. C. de bonis qua liberis.* At per delictum confiscatione dignum hoc privilegium illis aufertur, & bona relinquuntur patri, vt bona tāquam propria occupet. Ergo patri, & non filio deferenda sunt. Minorem probō, ex *supradict. l. si filius,* ibi enim dicitur: Si filius tuus cum esset in potestate in iuliam depositari meruit, peculium eius, nec quod in castis acquisiuit, vel quod ei imitauit donasti, auferri tibi debet, vbi expendendum est verbum *auferri,* quod denotat iam per delictum bona filij facta esse patris, & ab illo auferenda non esse: & ita tradit Fachin. *cap. 47. ex Cuiacio in Cod. recitat. ad titul. de bonis damnatorum.*

9 Neque obstant rationes contrariæ.

Ad primam concedo proprietatem aduentitiorum fore confiscantiam, si illius alienatio in fauorem patris prohibita filio non esset, vel nisi pater publicatis bonis filij, eam itam, vt propriam occuparet. Ad confirmationem nego patrem ex hac publicatione nullum esse damnū passurum, cum facile inquirari possit à fisco super rei confiscate administratione, an reddē admittit, ita vt filius nullum in proprietate damnū patiatur.

Ad secundam dico bona minoris confiscationi subici, quia prohibitio alienandi ei facta est in ipsius fauorem, qui ob delictum amittitur: sicut enim panis potest in persona, ita & in bonis: at filiofamilias prohibita est alienatio aduentitiorum ob fauorem patris vsumfructuarij.

Ad tertiam concedo patrem teneri de peculio, cum filius condemnatus est soluere aliquam quantitatē pecuniariam, secus verò cum condemnatio sit in publicatione bonorum; quia tunc iola bona, quæ filius habet (si aliqua habet) sententia vendicatur.

10 Supradictæ doctrinæ aliquas apponunt Doctores limitationes. Prima, & præcipua, vt procedat casu, quo patris habeat vsumfructum in bonis aduentitiis filij, & ipem illum habendi. Nam si vsumfructu, & ipse illius careat, existimant confiscationi subici sic Gigas *de crimine l. 1. §. maiestatis. l. 2. tit. de pan. committent. id crim. q. 11. vers. in casibus autem Paris. consil. 157. à n. 1. vsque in finem, vol. 6. Sanchez. lib. 2. c. 15. n. 14. inelinat Menoch. de recuper. possess. rem. 9. à n. 84.* Fundamentum est, quia vbi pater nullum habet vsumfructum in bonis filij, necque ipem illius permittit est filio illorum bonorum alienatio *l. 1. §. filij, C. de bonis qua liberis.* Sed ea quæ filius alienare potest, & ita

præmo

premortuo usufructuario ante filium, ipse pater in usufructu succedat. Ratione ergo huius spei hæc bona confiscationi non subiecta...

11. Ceterum probabilissimum est confiscationi non subiecti bona aduentitia filij, etiam si pater in illis non habeat usufructum...

Ad primam dico permissam esse illius peculij aduentitij alienationem contracta non tamen delicto, quo quod illa bona facta...

12. Secundo limitatur ad aliquibus, vt procedat in peculio aduentitio, cuius pater habet administrationem: fecit in illo, cuius liberam administrationem filio patri concessit...

13. Ceterum hæc limitatio mihi non probatur, duplici ratione. Prima, quia ex libera facultate alienandi non censetur concessa facultas alienandi per delictum quia de delicto nunquam intelligitur cognatum...

14. Tertio limitatur, vt non procedat in hoc Castellæ regione, in qua filius disponere potest de tertia parte aduentitiorum...

15. Venim neque hanc limitationem proba, quia supradicta Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

etiam legem non est certum loqui de filio familias, sed de filio emancipato, vt explicat Sanchez l. 6. de matrim. disp. 36. num. 9. & concessio loqui tam de filio familias, quam emancipato, vt forte probabilis est...

16. Quarto & præcipue limitatur conclusio, vt non procedat in crimine læsæ maiestatis humane, & diuine. Et idem est dicendum in regno Castellæ de crimine contra naturam, in iis enim criminibus ob filij familias delictum publicari bona aduentitia referuntur patri usufructu, docuerunt expresse Ludouic. Gomez §. actiones autem, n. 13. Instit. de actionib. Azor rom. 1. lib. 5. c. 7. quest. 8. Valquez l. 2. disp. 169. c. 1. n. Simancas loquens de hæresi, de catholico institut. tit. 6. n. 16. c. 18. Octavian. daci. Pedemontana, 94. à n. 9. vsque in finem. Fatinaeus l. part. praxiis 9. 24. num. 9. & pluribus relatis de hæresi 9. 190. §. 1. n. 24. c. 17. Fachin l. 9. controuersuris, cap. 48. vers. contraria sententia, c. cap. 49. sine. Triplici fundamentato hæc limitatio videtur. Primo, quia iis criminibus soluitur patria potestas. §. cum autem is, Institut. quibus modis ius patri potest. soluit. ibi patri ratione, est qui in potestate patris sit, in iudicium deportatus fuerit, delinere esse in potestate patris, ac proinde quasi sui iuris effectus filij delinquendo bona propria alienant. Secundo sumitur ex l. quisquis, C. ad legem Iuliam maiest. vbi cuiuscumque committenti hoc crimen imponitur pena publicationis suorum bonorum, sed sub illa dictione quisquis, quæ generalis est, comprehenduntur tam ij qui sui iuris quam alieni sunt, argument. l. si plures vers. scilicet hæc verba quisquis, ff. de legat. 3. & sub dictione suorum, comprehenduntur bona, quæ quis habet, eo modo quo habeat. Ergo Tertio filius innocens ob crimen læsæ maiestatis à patre commissum priuatur quacumque hereditate, & successione ergo à fortiori priuandus est dominio suorum bonorum quia valer in delictis argumentum de minori ad maius affirmatiue sumptum vt ex Bald. in l. si quis non dicam notab. 2. C. de Episcop. & clerice, tradit Fatinaeus, 9. 24. n. 10. Contractum huius limitationis defendit Gigas de crimin. læsæ maiestatis, lib. 2. tit. de poenis committ. crim. læsæ maiestatis, quest. 1. Sanchez loquens de peculio castrensi, lib. 2. cap. 15. num. 4. sine. Mouetur quia omnes rationes, quæ à publicatione bonorum excludunt bona aduentitia, procedunt in confiscatione facta ob hæc crimina: scilicet non posse alienari habente parte usufructu, succedere parte in illis bonis filio capite diminuto. His tamen non obstantibus retinenda est supradicta limitatio, vt communior, & bono publico fauorabilior, ob secundam rationem, quia l. 3. C. de bonis damnat. applicans patri bona filiorum, exceptionem patitur, ex l. quisquis, §. filij.

17. Supradictam limitationem aliqui extendunt ad usufructum, ita vt non solum proprietates bonorum aduentitiorum publicetur, sed etiam publicetur usufructus patri debitus: sic eradiant loquentes de hæresi, Simancas de catholico institut. tit. 9. num. 18. Valquez disput. 169. cap. 1. num. 9. Azor lib. 5. cap. 7. quest. 8. c. lib. 8. cap. 12. quest. 15. Mouetur, quia filius ob crimen hæresis (& idem videtur esse de aliis criminibus quæ maximam, vel dimidiam capitis diminutionem habent) egreditur à patria potestate, Institut. quibus modis ius patri potest. soluit. §. pater seruus. Sed usufructus in bonis aduentitij filij parti pertinet solum ob patriam potestatem, Ergo illa exclusio ad illum non pertinet, ex l. si ex causa, §. Papinian. ff. de minoribus. Ergo consolidabitur cum proprietate, ac proximè confiscata proprietate confiscabitur usufructus.

18. Ceterum hæc extensio mihi non probatur. Fateor namque filium non solum facta declaratione criminis, sed à puncto delicti commissi egredi à patria potestate, argum. textus in §. eum autem is, vers. patri ratione institut. quibus modis ius patri potest. soluit. sicut enim à puncto, quo pater hæc crimina committit, filius à patria potestate egreditur, ita debet egredi à puncto, quo ipse ea committit, vt bene dixit Mol. Iesuita de instit. disp. 9. vers. ab hac regulis, sed hoc non præstat, vt pater usufructum sibi debitum in bonis acquisitis à filio ante delictum, & toto eo tempore, quo sub eius potestate erat, amittat. Factum enim filij præiudicare non potest iuri patris acquisito. Neque ius percipiendi usufructum annexum est patrie potestati, quoad consuetudinary esto quoad primam acquisitionem à patria potestate dependeat, vt rectè pluribus relatis docet Mol. supra, & disput. 140. vers. hoc tamen fundamentum, consentit iis Azucedo lib. 8. recopil. tit. 3. lib. 1. num. 212. Octavian.

DE RE ADR...

decif. Pedemont. 94. à num 9 Sanchez. lib. 2. cap. 15. n. 11. Subdit tamen Molin. in regno Luitaniae, & Castellae, si filius iam per hæresim exemptus à potestate Ecclesie reconcilietur, & matrimonium contrahat Ecclesie benedictionibus subsecutus, in quo casu usufructus debitus patri si ius accreuerit, iuxta l. 4. 8. Tauri, quæst. 9. tit. 1. l. 5. recipit, si tunc deuenire, quia succedit in omnibus bonis ipsius delinquentis. At credo nequaquam tunc fisco esse applicandum, sed delinquenti, quia confiscatio non extenditur ad bona futura, sed ad præsentia, & existentia tempore delicti. Addit insuper Molin. utroque loco, & Sayrus in clauis regia l. 9. cap. 7. num. 7. vers. contra, usufructum bonorum, quæ filius post hæresim acquirit, fisco esse applicanda, quæ & proprietates fisco debentur. Hoc tamen dicit Sanchez num. 11. in fine, intelligendum esse de bonis acquisitis durante hæresi, non de acquisitis: postquam de illa reus penituit. At credo nulla ex his bonis ad fisco pertinet, sed ad ipsum criminiosum, si capax est acquisitionis, quod in vitimo puncto huius dissertationis examinabimus, vel ad illius consanguineos, & hæredes, si incapax ratione criminis factus sit.

19 Victima difficultas est de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus. An, inquam, ob delictum filij publicentur, vel patri deferantur?

Publicari, inquam, tradiderunt Nilus in tract. de bannitis. l. 1. p. 2. temp. quæst. 25. Anton. Gom. var. resolut. tit. de fornicat. cap. 15. n. 5. vers. sed his non obstantibus. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 3. Valq. 1. 2. disput. 169. cap. 1. n. 6. Gigas tract. de crimin. l. 1. de maiest. l. 2. tit. de pœnis committit hoc crimen q. 12. Si man. de catholic. instit. tit. 9. n. 13. Bonac. disp. 3. de contract. q. 8. p. ult. n. 18. & alij plures, quos referunt Peregrin. Farinac. & Sanchez locis allegandis. Fundamentum huius sententiæ est, quia filius in his bonis habet plenum, & perfectum dominium, tam quoad proprietatem, quam quoad usufructum, liberamque illorum administrationem, & dispositionem, sicuti si esset pater familiæ, ut constat ex l. 2. C. ad Macedon. l. cum oportet, vers. exceptis, C. de bonis qua liberis l. miles 1. ff. de castrensi peculio. Ergo delinquendo poterit illud amittere, qui enim delictum committit confiscatione dignum, tacite alienare censetur l. Imperatores ff. de iure fisci, Neq; obitat l. 3. C. de bonis proscript. cui contrariæ sententiæ Doctores innuntur: nam esto in illa lege mandetur bona castrensia non debere à patre auferri, ideo erat quia tempore illius legis bona patris erant; solimque filio permittebatur favore militiae de illis disponere, quod si non disponebat, patri deferrebantur tanquam propria ex l. 2. ibi esse ff. de castrensi peculio. At hodie iure iure bona castrensia non sunt patris, sed filij; neque pater iure proprio delictum in illis succedit. Authent. de hæredib. ab intest. venientib. callat. 9. §. si igitur defunctus & Authent. defuncto C. ad Terrull. c. l. 3. C. de bonis qua liberis. Et l. fin. C. de successib. & aliis. Ergo cessare debet dispositio illius legis cum finis illius esset

20 Dicendum tamen est, etsi supradicta sententia sit satis probabilis, probabilis esse hæc bona fisco non deferri, sed patri, sic Clarus l. 5. quæst. 78. vers. quæro etiam, Menoch. de recuper. poss. rem. 9. n. 69. c. 70. Couart. l. 2. var. resolut. c. 8. n. 7. Peregrin. de iure fisci l. 5. §. 1. n. 130. Farinac. p. prax. q. 2. 4. n. 11. Sanch. l. 4. e. 15. n. 4. Fachin. lib. 9. controuers. cap. 49. & alij innumeri apud ipsos.

Fundamentum est dicta l. 3. C. de bonis proscript. vbi Imperator patri, cuius filius est deportatus, concedit omnia bona castrensia, aut quasi castrensia; inquit enim, si filius tuus, cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit: peculium eius nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti auferri tibi debet. Sed hæc lex nulla alia lege est abrogata. Ergo dicendum est facta capitis diminutione in filio deferendum esse patri eius peculium. Minorem probo quia solim abrogata est lex negans filio familias administrationem, & dispositionem bonorum castrensiū, & quod in illis non habet hæredem, si ab intestato decedat: at ex horum abrogatione non inferatur abrogatio supradictæ legis, quia stare optimè potest filium habere hæredem, & successorem, admittitque posse bona castrensia, & nihilominus si delinquit, ea patri deferri in prærogatiua patriæ potestatis, & illius solacium. Ergo. Et confirmo. Filio interdicta erat iure antiquo administratio & dispositio eiusdemque peculij acquisiti, quia patri acquirere l. placet 78. ff. de acquirend. hæredib. Nouo iure concessa est libera castrensis dispositio l. 3. C. de castrensi peculio. lib. 2. c. l. 2. C. ad Macedoniam. At in hac concessione non intelligitur concessa dolosa administratio, & alienatio per delictum l. creditor §. Lucius ff. mandati. Confirmo secundo. Filio familias non est concessa facultas castrensia bona alienandi ex iure communi, sed ex iure speciali, & privilegiato: cui est concessa facultas ex iure speciali, & privilegiato alienandi alienare non potest per delictum. Secundo, respondendo Doctores, in suprad. l. si filius, C. de bonis proscript. Ergo.

21 Ex his soluantur rationes contrariæ. Ad primam dico, esto habeat filius dominium, & administrationem peculij castrensis non habet iure communi, sed speciali, & privilegiato, ideoque alienare non potest per delictum. Secundo, respondendo alienare quidem bona castrensia non fisco sed

patri, qui ex suprad. l. si filius 3. in hac alienatione fisco præferatur. Ad secundam concedo latam esse hanc legem tempore quo filius omnia patri acquirerebat, quod licet sit mutatum, quoad acquisitionem, & successorem dispositionemque; non tamen est mutatum illa in parte, in qua statuitur patri fisco præferendum esse à patreque illa bona non esse auferenda. Nam vt rectè Cuiaç. notat lib. 6. obseruat. cap. 11. & Fachin. lib. 1. controu. cap. 8. circa finem, c. lib. 8. cap. 4. taxè antiquas leges in aliqua parte correctas esse posterioribus constitutionibus, & in aliis partibus suum vigorem obtinere; præcipue cum factis sit titum prouebium à iure antiquo recedendum non esse absque textu expresse, quia iuris correctio est odiosa, & omnino vitanda l. præcipimus C. de appellat. At nullus est textus nouus expresse, negans hæc bona patri esse deferenda, cum filius patitur capitis diminutionem. Ergo.

22 Ampliatur hæc doctrina, vt procedat in casu quo filius condemnatus filios habeat, quia hoc non obstat, quominus patri peculium sibi debitum deferatur, sic relaco Saliceto, Alexand. & Peregrino tradit Sanch. l. 2. cap. 15. num. 5. At hoc intelligendum est in casu quo filius condemnatus sub patria esset potestatis, si quidem in illius prærogatiua, & solacium bona filij condemnati patri deferuntur, vt tradit Conar. lib. 2. var. cap. 8. n. 7. Iulius Clarius li. 5. quæst. 78. vers. quæro etiam ad finem Farinac. q. 24. n. 15. circa finem. Quod tamen in regno Castellæ, & Luitaniae fieri non potest, cum eo ipso, quo fit us vxoitem ducat patriam potestatem egrediatur, vt habetur lib. 1. Lusitanarum ordinat. tit. 67. §. 4. c. l. 4. tit. 78. §. 2. c. leg. 47. c. 48. Tauri, quæ sunt 8. c. 9. tit. 1. lib. 5. recipit, & tanquam à patria potestate egressus, & sui iuris omnia bona fisco, & non filijs, neque parentibus debentur.

23 Sed dubium est, an in crimine læsæ maiestatis humanae, & diuinæ, & odomini publicentur; Negat Sanchez lib. 2. c. 15. num. 4. sine. Mouetur quia nihil speciale videtur esse de his criminibus statutum.

Contrarium tamen affirmandum est cum Gigas de crimin. l. 1. maiest. lib. 2. tit. de pœnis committit hoc crimen q. 12. in fine. Quædam in suis quæstionib. fiscal. q. 19. ad finem. Reperit inquit verbo confiscatio vers. item propter hæresim. Vmbert. Locat. p. h. iudiciali inquisit. q. 18. vers. sed vt nihil remaneat. Fachin. l. 9. controuers. c. 49. sine. Octavian. decif. Pedemontana 94. Farinac. l. praxi, q. 24. n. 14. c. de hæresi quæst. 190. §. 1. num. 17. Ratio est, quia in l. qui quis filij ob C. ad l. l. ul. maiest. filio familias imponitur hæc pœna amissionis suorum bonorum: at si ob hæc crimina bona castrensia non amittit filius, nulla sunt bona, quæ amittere potest, quia nulla alia habet magis propria, & lex respectu filij familias vana esset, & inutilis. Et confirmo, lex condemnat filium in amissione suorum bonorum, neque distinguit, an sint sua ex iure communi, an ex iure speciali. Ergo omnia comprehendit.

PUNCTVM XL

Quæ peculia filij ob crimen parentis confiscatione dignum publicentur.

- 1 V usufructus finitur, quoties usufructuarius patitur maximam an mediam capitis diminutionem, & quæ hæc sit.
- 2 Sint ne hæc correctæ per authenticas, sed hanc examinatur.
- 3 Concluditur non esse correctæ.
- 4 Bene tamen in regno Castellæ.
- 5 Si delictum usufructuarij habet amexam, maximam, aut mediam capitis diminutionem, & non publicatur usufructus sed finitur, specit iure communi.
- 6 In regno Castellæ negant aliqui publicari.
- 7 Probabilis est publicari.
- 8 Bona castrensia, aut quasi non publicantur ob crimen patrii.
- 9 Bona aduentitia quoad proprietatem non publicantur quoad usufructum probabilis est publicari.
- 10 An committente patre delictum ratione cuius exit filium à patria potestate extinguatur in parte usufructus bonorum quæ filium ante delictum acquisiuit? Sanchez. & Molin. in solo crimine hæresi affirmant extinguui.
- 11 Farinac. distinctio approbatur.
- 12 Quid dicendum asteno iure regio Castellæ & Lusitaniae.
- 13 Peculium profectitium an publicetur publicati boni parentis, Propositio ambigendi ratio.
- 14 Temperatur, vt non procedat in delicto per quod soluitur patria potestas.
- 15 Probabilis censet supradictum peculium publicari, publicari bonis parentis.
- 16 Fit satis rationi dubitandi non 13. adducta.
- 17 Legitima, & alimenta debita filio non publicantur.
- 18 Excipit in bonis maternis ob matris delictum.
- 19 Item non procedit in filijs conceptis post condemnationem.
- 20 Neque item procedit in crimine hæresi.
- 21 Neque in crimine læsæ maiestatis humanae commisso, contra Principem.